Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

26. Non temere ad munus Concionatorium prosilire.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51447

Visual Library

riam de dæmonibus reportarunt, dum multos cœleſtis Hieruſalem ciues ab interitu ſempiterno ſeruarunt, & ad Martyrij ac virginitatis amorem hominum voluntates incenderunt. Chriſtus ait Matt. 10. *Qui confitetur me, &c.* Quantus vero erit honor quando Chriſtus Ieſus in anguſtiſſima illa diuinitatis regia à totius curiæ cœleſtis conſeſſu confitebitur fideles famulos qui ipſum hic confeſſi ſunt.

cernit: dum vt qui docti &c.

Mat. 5. Qui fecerit & doct. &c.

Signvm XXVI.

Erudiendi populi prouinciam non ſuſcipere ſponte, ſed legitimæ poteſtatis imperio cogente & prope vim affectante: ſeu. Non temere ad arduum hoc munus proſilire.

E*Saias Propheta* cum ſe ab Angelo Carbonis de altari ſumpti tactu purgatum (labia enim eius contagio populi erant maculata) animaduertiſſet, & Dominus dixiſſet. *Quem mittam?* tandem dixit, *mitte me Domine.*

Cap. 6. Contra ſcabioſum concionãdi pruritum.

2. Cum *Ieremias* à Deo ad erudiendos rudes & ingratos populos legaretur, ſuã inſcitiã expoſuit, infantiam excuſauit, atq; onus illud vt effugeret pueriliter balbutiuit, clamans, *a, a, a, Domine Deus neſcio loqui quia puer ego ſum.*

Cap. 1.

3. *Ipſe Chriſtus* priuſquam concionibus & præceptis mundum illuminaret, totos 30. annos tacuit, ne prius prædicare cœpit, quam tentatus

famem viciſſet in deſerto, auaritiam in monte, nam gloriam in templo.

Bonau c. 4. Facultatẽ qua in concionando pollebat occultabat.

4. *Antonius Patauinus* ordinis minorum p dicare verbum Dei iuſſus imperitiam excuſa maiorum tamen iuſſioni obtemperans talem cit ſermonem, qualis exercitatiſſimo tribu tuiſſet. Cum aliquando de cruce Chriſti verb ceret, P. Franciſcum qui viuus adhuc in alia p uincia degebat, prope aſtare in aere vidit, confirmantem omnia, quæ ab ipſo dice tur.

5. P. *Borgias* Soc. Ieſu in quodam ſuo bre puſculo: *Anguſtiæ mihi*, inquit, *ſunt vndi quid eligam ignoro. Timeo, ne ſi prædicationi vacem diam, quare tu enarras iuſtitias meas & aſſumis mentum meum per os tuum, tu vero odiſti diſcipl Quod ſi non vacem, dicere cogar aliquando, v quia tacui. Timeo negligentiam & incuriam in opere ne ſim auditurus, ſanguinem animarum de tua requiram. Timeo vanitatem ambitionis, & timeo ne abſconditi alicuius talenti, quod à Deo a rim reus fiam in die mortis. Video Hieremiam ex tem ſe de hoc officio & Iſaiam ſe Deo humiliter o tem, ecce ego, mitte me, & vterque timorem incut meo videns Ioan. Bapt. non niſi poſt longam p tiam, ſolitudinem, orationes & contemplatiua & uæ vitæ perfectionem huic officio mancipatum, longe ab hoc apparatu abeſſe. Video ipſum Chr non prius aggreſſum Euangelicam prædicatio quam apertis cœlis vox deſuper delapſa ſit, & tu Sancti præſentia baptizatus fuerit, & per ti aſperitatem ſeipſum præparauerit. Timeo*

V. Locum de ord. ſacri. S. Luc. 19.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quantos perpeſſi ſunt labores non ſolum Diuus Paulus, *Act. 9.*
de quo Chriſtus dixerat, ego oſtendam ipſi quanta *Matt. 10.*
eum oporteat pro nomine meo pati; Et omnes Apoſto-li, quibus pronunciatum fuerat: Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum, & tam multi Apoſto-lici viri qui ſpiritu Dei repleti in hoc concionandi agone cum multa paſſi ſunt. Timeo, inquam, in tanto onere ſubeundo ſufficientes humeros non habeam, & ta-men timeo ne ibi & abiecto animo minus Dei vir-tute confidens eius voluntati obluctari audeam.

SIGNVM XXVII.

Etiam paucos docere non erube-ſcere.

LEgimus *Petro* Hieroſolymis primum ver- *Act. 2. 4.*
ba faciente ad populum, die vno tria mil- *& 10.*
lia hominum baptizata fuiſſe, in dies quoque credentium numerum creuiſſe: & alio deinde die quinque millia ſuperioribus addita fuiſſe: cum autem gentiles quoque Domini iugo ſub-iciendos per viſum cognouiſſet, Cornelium Centurionem, & qui cum illo domi erant, cre-dentes baptizauit.

Qui Paulo ante vna ſolum atque altera con- *Chriſtus*
cione tam multos conuerterat, idem paucos *Io. 4. vni*
non contempſit, neque itineris laborem, vt *Samar.*
Ioppe Cæſaream vſque euocatus, recuſa- *mulieri cõ-*
uit. *cionabatur*

Si tamen populus plane ſit obſtinatus, nec [illegible] audire vel ſequi, concio-